



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

380. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re.

CCCLXXVIII. Si quis odio habens aliquem, ad pacem non revertitur, sicut sancti patres statuerunt, in pane & aqua excommunicetur, & ab Ecclesia separetur.

Burchard. lib. 10. c. 58.

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi.*

CCCLXXIX. Dissidentes Episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

Concil. Carthag. 4. c. 25.
Burchard. lib. 1. c. 62.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCCLXXX. Studendum est Episcopo ut dissidentes fratres, sive Clericos, sive laicos, ad pacem magis quam ad iudicium hortetur.

Concil. Carthag. 4. c. 26.
Burchard. lib. 1. c. 101.

De Dei iudicio subvertendo.

CCCLXXXI. Si aliquis manducat & bibit aut portat super se unde existimat Dei iudicium pervertere posse, & exinde comprobatus fuerit, eadem sententia feriatur qua magi & arioli & incantatores feriuntur, scilicet septem aut quinque annorum pœnitentia plectatur. [*Vide lib. 3. Leg. Longob. tit. 27.*]

Burchard. lib. 10. c. 25.

De oblationibus defunctorum. *Ex Concilio Vasensi.*

CCCLXXXII. Hi qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere morantur, ut infideles ab Ecclesia eiciantur.

Concil. Vas. c. 4.

Ex eodem.

CCCLXXXIII. Si qui oblationes